

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Innocencia g
cum fonte primo

Non mediocris titulus uirtutis, inter prauos uiuere bene,
et inter malignantes innocencie retinere candorem et morum lenitatem.

Bernardus super Cantica.

Non mediocris titulus profecto virtutis, inter pravos vivere bonum,
et inter malignantes innocentiae retinere candorem et morum lenitatem,
magis autem si his qui oderunt pacem pacificum,
et amicum ipsis te exhibeas inimicis.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 48.2
(SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.68, ll.10-13).